

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

I ante N

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

plata, & illum nominata, quum antea Troja a regione illa in qua sita fuit, diceretur. Regia fuit Priami postea vero ob Helenam a Paride captam de Troia bello obfessam ac demum expugnata est. [Ger. Ein gewaltige Stadt in Troade so man gemeint hat Troja ist nicht weit von Griechenland.] Virg. lib. 2. Aen. ceciditq. superbum Ilium, & omnis humo sumat Neptunia Troja. & Di-da est etiam Ilios. Ovid. lib. 14. Metam. postquam ultra cremata est Ilios & Danaos paverunt Pergama flammis. Horat. non semel Ilios Vexata. & Ilium proprie civitas est: nam regio Troja est. quamvis interdum pro urbe, Trojam usurpet Virgilius, ut lib. 3. Aeneid. Et campos ubi Troja fuit.

Iliacus, a, um. pen. corr. *Ilia*. Possessivum deductum ab Ilio, agri Trojani urbe. Virg. 1. Aen. Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros. & Iliacus morbus a Plauto vocatur, qui infestus illi: sed hoc ut plerumque alia apud Plautum crediderim esse fictum, ut ambiguitate vocis risum captaret.

Iliis, a, um. Idem. Virg. 9. Aeneid. quam miseram tenuit non Iliis tellus.

Iliades, *Ilia* dicitur, Trojani, Iliades, Trojanæ. Virg. 3. Aen. Et circum Iliades cineres de more soluta.

Ilias, Vide in APPELL.

Iliberis, *Ilberis*, Oppidum in finibus Gallie Narbonensis, juxta Pyrenæos montes, non procul a Ruscinone, ejusdem nominis fluvio irrigatum, teste Strab. lib. 4. Plin. in descriptione Gallie Narbonensis Iliberim sua ætate exiguum oppidulum fuisse indicat, & ut ipsius verbis utar magnæ quondam urbis relique vestigia. Forre *Salsus*. & Ptolem. lib. 2. cap. 6. Iliberim alteram collocat in Bætica Hispanie regione, quam nonnulli eandem esse existimant, quam hodie *Granatum* appellant.

Ilipta, *Ilip*, Cognomento magna civitas Turdetanorum in tractu Hispanie Bætice, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. 3. cap. 1.

Iliptula, *Ilip* dicitur, quæ & Ilipta minor, Civitas Turdetanorum in ea parte Hispanie Bætice, quæ Lusitaniam proxima est. Ptolemæus lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. 3. cap. 1.

Illuro, Oppidum civium Romanorum in ea parte Tarraconensis Hispanie, quæ Pyrenæis montibus proxima est. Auctores Plin. lib. 3. cap. 5. & Pomponius Mela lib. 1.

Illyrico, *Illyria*, Hispanie Bætice oppidum est apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Illyris, *Illyria*, Ger. Das Wundstichland begreift die Dalmatien und Estarien. Vn. *Tu Orizog*. Sive Illyrium, sive Illyricum, est regio Europæ satis ampla, secundum dextrum maria Adriatici latus extenta: a cæteris partibus Ilyria, Myria superioris, & Macedonie parte quæ Adriatico mari incumbit terminata. Dicitur ab Illyrio Polyphemi (ut Appianus scribit) sive (ut Eustathio placet) Cadmi filio. Vires habet laderæ, Epidamnû, postea Dirrachium, hodie *Rhyssum* dictam, Salonam, & alias quamplurimas. Vulgò *Ephraïna*.

Illyrius, ea, cum, *Illyria*. Vn. *Taliboz vata colit*. Virg. 1. Aeneid. Antenor potuit mediis clasfas Achivis, Illyricos pene traxe sinus.

Ilulida, Ptolemæo, Insula Hætruriz adiacens, decem passuum milibus distans a Populonia, renascentis ferri metallis uberrima. Virg. 10. Aen. ab illa trecentos Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Iurcis, *Iurcis*, Vires fuit Vasconum in citeriori Hispania, postea à Sempronio Graccho, Gracchus dicta.

Ilius, li, *Ilus*, Filius Trois regis Trojanorum, & pater Laomedonis, quem matris ætate moriens, regni hæredem reliquit. Ab hujus nominis celeberrimū illud Mylicæ minoris, sive Troadis caput Ilii nomen accepit: sive quod ab illo primū factis conditum quum Dardanius antea in montibus Dardaniam condidisset, ut placet Homeri. lib. 13. Iliad. sive quod à Dardano primū conditum instauravit Ilus, & ædificiis reddidit: quæ admodū non obscurè significat Virg. lib. 8. Aen. Dardaniam Iliacæ primus pater urbis, & autor. Autor Strabo lib. 23. primū omnium Ilii autum fuisse in campis habitare, proindeq. in mediis campis fuisse sepultum, ejus sepulchrum meminit & Homerus 11. Iliad. & fuit & alter Ilus, Aeneæ filius, alio nomine Ascanius appellatus. Virg. 1. Aen. At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo additur, Ilius erat dum res stetit Iliæ regno.

Imacarenfes, *Imacarenfes*, Populi Siciliz stipendiarii, in mediterraneis insulis sui quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Imaduchi, *Imaduchi*, Scythiarum populi, Caucasii montis juga accolentes. Plin. lib. 6. cap. 7.

Imantopodes, pen. corr. *Imantopodes*, Populi in Aethiopia loripedes, quibus terpedo ingredi natura est: hoc est, ut Solinus interpretatur, qui flexis crurum artibus ingrediuntur. *Imant* enim Græci loræ dicunt. De his Plin. lib. 3. cap. 8. & Sunt & aves quædam imantopodes dictæ ex argumento pedum, quasi loripedes, quod habent crura præalta. Plin. lib. 10. cap. 47. Laudatissimi porphyrones in Comagenostratis, & præ-

longa crura tubent. Hæc quidem & imantopodi, malè mibi: quanquam eadem crurum alitudo. Nascuntur in Aegyptio: insidit ternis digitis. Quo tamen in loco Plin. quidam hæmatopodi legere maluit, ut potius à sanguine crurum colore, quàm ab eorundem longitudine dicta sit. Vide supra HÆMATOPODES.

Imaus, pen. corr. *Imaus*. Ger. Ein vernaht Gebirg in Scythien reißet bis in Indiam. Caucasii montis pars, Indiam à Scythia dividens, Scythiamq. ipsam in duas secas partes, quarum altera, Scythia tota Imaum: altera, Scythia extra Imaum appellatur. Vide Plin. lib. 6. cap. 17. & Ptolemæum Asiæ Tabula 9.

Imbaros, *Imbaros*, Sami insule fluvius est apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Imbraus, *Imbraus*, Sami insule fluvius est, apud Plin. lib. 5. cap. 31.

Imbræus, per duas syllabas, Nomē unius ex Centauris, apud Ovid. lib. 12. Metam. At non Eurynomus, Lycidasq. & Arxus, & Imbræus, Effugere necem.

Imbrus, *Imbrus*, Insula Thraciæ adiacens, Mercurio facta, cum oppido ejusdem nominis. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Imola, a, Vires est Italia, in via Aemylia, quæ Forum Corneliæ vocatur à Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Inachia, *Inachia*, Ger. Die Insel Inachia in Griechenland ist eine Insel im Ionischen Meer. Península est Europæ totius clausura, quam *Peloponnesum* vocamus. & Est & Inachia nomen judicis ab Horatio adamatæ, cuius meminit Epod. 11. Hicretus December, ex quo desinit Inachia fure.

Inachium, *Inachium*, Peloponnesi oppidum, inter Syllæum promontorium, & Isthmum situm: alio nomine Argos Dipsam appellatum. Plin. lib. 4. cap. 5.

Inachus, pen. corr. *Inachus*, Strab. lib. 8. Fluvius Inachus habet inter favositas convalles, quæ oriuntur ex Lycio ad Cyoniam montem Area dicitur. Hunc potè fabulatur in panis fuisse quæ quæ Iupiter vitallet, advenit Iunoni præsentens, in vacam mutavit. Ovid. lib. 1. Metamorph. Inachus unius abeli, in re reconditus antro fleibus auget aquas, natamq. miculans lo Luger. & Fuit & Inachus primus Argivorum rex, qui Inacho fluvio nomen dedit: à quo Argivi ipsi, Inachidæ appellati sunt. Hujus filia creditur fuisse Iphigeneia, quam quum Iupiter vitallet, & in Cretam advenisset, Iano pellicus impoens, prævisis in odium eam exagitantibus Quæ res Poëti occasione fabulandi dedit, lo Inachi fluvii filia, fuisse Iunonis metu à Iove in vacam mutatum: quam quum illa à conjugè donum accepisset, æstro immisso in antro petere fuisse exagitantem, ut fante correpta nasquam consistere posset, donec in Argypia insula venisset, in Iliæ deâ mutata est. Hujus meminit Horac. 2. Carm. Ode 3. Divine præfæo natus ab Inacho Nil interest, an pater: lo Inachus, a, um. adjectivum. Virg. lib. 2. Georg. Inachus Iliæ præfæo me dicitæ juvenæ.

Inachis, *Inachis*, patronymicum sceminium est ab Inacho deductum: quod à Poëti accipitur pro lo, Inachi filia, quam Iupiter metu uxoris in vacam dicitur transformasse. Ovid. lib. 1. Metam. Conjugis adventum præferat, inq. nitentem Inachidos vultus mutaverat ille juvenæ.

Inalpinus, Dicitur qui Alpes incolunt. Plin. lib. 3. cap. 31. Alpes populi Inalpinus variis nominibus, sed maxime capillæ.

Inarime, *Inarime, Homero, *Inarime* Stephano. Ger. Ein Insel in der Ägæus. Insula est in sinu Pæloponneso, non procul à Neapoli. ut ait Plin. lib. 3. cap. 6. In qua mons fuit qui terræ motum passus, alteram fudit insulam, quæ Prochyta ab effusione dicta est. Sub hanc quoq. insulam Typhos gigantem à Iove detrusam, Virgilius his versibus declarat: Tum Ionium Prochyta alta tremuit, durumq. cubile Iarime, Iovis imperiis imposta Typhæo. Eadem & Aeneas, à statione navium Aeneæ: & à coxendicis forma, lictia dicitur. Ab Homero in Catalogo insula hæc *Ægæus* appellatur. Primus Virgilius quum illud Homeri *Inarime* trāsferret, ex *in*, Ionium præpositione, & *ægæus*, unam dictionem conflavit, numero & declinatione mutatis. Inarime verd ab Arimæ, sive populi, sive beluis, ita præfæa Hætracorum lingua simas dicitur, quæ Græci *inimæ* vocant: unde nomen insule Phebæus, ut Terboni placet, ex historia fabulosa, quam Harpocration, Xenogoras, & Suidas ita referunt: Fratres *(inimæ)* duo fuerunt Cædulus & Atlas, omnium scelerum, quibus humana vita damnata est, auctores & inventores. Quibus morum pervertitur, Cercopum nomen dedit. Impositores enim ac plantas, quibus hi præcipui facere, ita Græci vocant, ab animalibus quæ stipes id est: esudæ motu blandiantur. Iis sursum fluctum fuit, appulsos & advenas dolis quibusdamq. circumvenit. Quod quum in ipsum etiam Iovem ventissent, ab eo ex hominibus in simias mutati sunt, quas Græci *inimæ* vocant. Vide insulas quæ tenebatur, Phebæus vocabulum datum. Hæc Ovidius Xenogoras*

Xenagoram secutus 14. Metamorphoseos, cecinit: Inarimen, Prochytemq; legit, stentiq; locatas Colle Pithecusas, habitantur nomine dictas. Quamquam Plin. lib. 3. ait: Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, ut aliqui existimavere, sed à figulinis doliariorum.

Inatus, *Ἰνάτος*, urbs Cretæ, alii montem & fluvium esse dicunt, in quo colatur Ithia Inatina, Steph.

Incubi, vide motu genus in APPELL.

Indara, *Ἰνδάρη*, Sicavorum civitas, Steph.

India, *Ἰνδία*, *Ἰνδία*, Ger. *Indien* in *große und heilige Lande* s'choff in *Asien*.] Regio Orientalis, Asia terminus, quæ tam vasta perhibetur, ut eam tradant esse tertiam partem omnium terrarum. Pomponius scribit tantum spatium litoris eam occupare, quantum per sexaginta dies, noctesq; vicissitudibus cursus est. Tradunt in ea fuisse quinq; millia oppidorum, quorum nullum comminus fuerit. Nomen habet ab Indo flumine, in quem ab Occidentali plaga definit, qui solus præter Nilum crocodilos creat. A Septentrione Tauri jugis: ab ortu Eo pelagoià Meridie suo: hoc est, Indico clauditur. Gemmis abundat, capricans & elephatos procreat. Arborea habet semper frondentes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit Piper, calamum aromaticum, & cinnama ad nos mittit. Indis propè gentium soli nunquam emigravere finibus suis. Illic binæ ætates, lenes auræ, temperies coeli, ubertas soli, aquarû abundantia: quæ omnia faciunt, ut majora in India, quam in cæteris regionibus nascantur animalia. Ab India sunt adjectiva, *Indus*, *Inde*, & *Indicus*, *Indijs*.

Indus, *Ἰνδός*, Ger. *Ein großer Fluß in Indien so dem ganzen Land den Namen gegeben hat.*] Fluvius Orientis, secundum Gangem longe maximus, Indum ab Occasu alluens à quo tota ea regio nomen accepit. Hanc in jugo Caucasii montis, quod vocatur Paropamisus, à vertice Solis ortum effusum ajunt, in seq; x x annes recipere: de quo Atrianus de rebus gestis Alexandri, lib. 3.

Ingvones, latissimi Germaniæ populi in Sicambros, Teutonios & Cauchos divisi, teste Plin. lib. 3. cap. 14.

Inguini, Liguriæ populi fuerunt, qui Albimaganum oppidum in ora Ligulica condiderunt.

Ingeniculus, Signum in caelo, quod Græco vocabulo *Ἰνγενικὸν* nominant, fimbrius lib. 6. Ingeniculus, qui & Engonatus, in extremis partibus oritur Hoc lydere nati, crunt mendaces, fugaces, callidi. Hic est Hercules (ut Higinus docet) qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dexterâ partem opprimere conatur.

Ingolstadtum, Nonci urbs ad Danubium sita.

Ino, *Ἰνώ*, Nomen Cadmi & Hermiones filie, uxorisq; Athamantis Thebarû Regis, & Liberi patris nutrix. Eadem, Cicerone teste, est quæ Leucothea, *Ἰνὸς*: à nobis verò *Matuta*, & *Aurora* dicitur. Ovid. in Fast. Leucothee Graiis, Matuta vocabere nostris. Vt autem lib. 3. Metam. refert, Ino cum Melicerta filio propter timorem, de scopulo se præcipitem misit in mare, amboq; facti sunt dii marini, illa Leucothea: Melicertes, Palemon (qui & Portunus) vò cari sunt.

Insubres, Populi Cisalpinæ Gallie, cujus civitates sunt, Mediolanum, Ticinum, Placentia, Cremona, Landa, Novaria, Vercellæ, Comum. *Ἰνσῦρες*, Vulgò *Lombardi*. Ger. *Die Wälder in Lombardien vnd Neuhamb/Paver.*] Cicero Corn. Balbo: Fœdera Germanorum, Insubrium, Helvetiorum, Insubrium, Ger. Strab. lib. 5. Insubres hæc etiam ætate sunt, qui Mediolanum metropolim habuere. Ea quidem pridem vicus erat: omnes enim viciniam habitabant) hæc verò tempestate eximie dignitatis trans Padum civitas est, quodammodo Alpibus finitima.

Interramâ, *Ἰντερράμια*, Vulgò *Terano*, Urbs Umbriæ: ita dicta, quod à inter duos amnes sit constituta.

Intrium, *Ἰντρίον*, Ger. *Inspruck*.] Oppidum in finibus Vindeliciæ, non procul ab Alpibus, cujus meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 13. Idem esse putatur cum eo, quod hodie *Omnipontem* nominant.

Inuis, Pan. *Ἰνὸς*, Ger. *Ein Fluß in der Gegend von Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 22.*

Inylius, *Ἰνύλιος*, urbs Aegypti prope Casium montem, Steph.

Io, *Ἰώ*, Ger. *Ein Tochter Inachi vnd methes Jupiter gebiet hat / die auch her nach / als sie in Egypten kommen ist vnd gefordert ist gemennet: vnd für ein Göttin gehalten worden.*] Filia Inachi fluvii traditur à Poëta, à Iove adamata, quam ob interventum Iunonis, ne agnosceretur, Iupiter in Iuvenca transformavit: Iuno tamen suspicata id quod res erat, vaccam eam à Iove sibi donari postulavit: quam quum accepisset, apposuit ei cultum Argum centoculorum: à quo quum molestissima custodia premeretur, ægrè id ferens Iupiter, per Mercurium cum interfectorem curavit. Quamobrem indignata Iuno, oculum pellici immisit, cuius aculeis exagitata, in Aegyptum usq; per fugit: ubi implorato Iovis auxilio, pristinam formam recuperavit, Regiq; Osiridis nupsit: Aegyptiisq; omnibus ad eò chara

fuit, ut post mortem dea habita sit, quam illi Isidem appellarunt: sacraq; ejus Iliaca, quibus anser immolari consuevit. Vide hanc fabulam latius apud Ovid. lib. 1. Metam. q. Est & Io, Thessaliæ fluvius, juxta Oxintam civitatem in Peneù illabens. Autor Strabo lib. 9.

Iobacchus, *Ἰοβάκχος*, Bacchi cognomen, *Ἰὸς ἔβακχῶ*: id est, à voce & clamore.

Iocasta, *Ἰοκάστη*, Oedipi mater fuit, filia Creontis Thebanorum Regis, & uxor Laii, quæ post mariti necem, Oedipo filio imprudens nupsit, ex quo Eteoclem & Polynicem genuit: qui quum se mutuis vulneribus confecissent, ipsa quoq; sibi manus intulit. Vide Stat. lib. 2. Theb.

Iol, *Ἰώλ*, Ptolemæo, Mauritanie Cafariensis urbs, Iobæ olim Regia, à Diyo Claudio coloniæ jure donata, deductis eò ejusdem jussu veteranis, & in honorem D. Augusti Cæsaris appellata. Autor Plin. lib. 5. cap. 2. & Strabo lib. ult.

Iolcos, *Ἰωλκός*, Stephano, Oppidum est Magnesiæ (quæ est regioncula Thessaliæ ab Ortu annexa inter Pelion & Ossa montes ad sinum Pelagicum, quem & Iolciacum ab hujus oppidi nomine appellat Ovid. 7. Metam.

Iolus, *Ἰώλος*, Iphicli filius fuit, qui Herculi hydram interficienti adfuit, ferroq; candenti cruore resinxit atq; cohibuit. Hic quum ad decrepitam ætatem pervenisset, Hercules precibus juventuti restitutus est: ut fabulatur Ovid. 4. Metam. - dubiq; leges lanugine malas Ore reformatus primos Iolus in annos. Hercule verò vita functo, pletoisq; ex filis ejus in Sardiniam insulam adduxit, ibiq; cum incolis, qui natione Tusci erant, promiscuè habitavit, ut tradit Strabo lib. 5.

Iole, *Ἰώλη*, Euryti Oechaliæ regis filia fuit, ab Hercule adamata, quam quum Eurytus jam victus ei tradere recusasset, licet certaminis lege debitam, ira accessus Hercules, Eurytum interfecit, orbemq; direpta, Iolen abduxit: posteaq; Hillo filio suo uxorem tradidit. Ovid. lib. 9. Metam. - at longis anxia curis Argolis Alcimene questus ubi ponat aniles, Cui referat nati tellatos orbis labores, Cuius suos casus, Iolen habet, Herculis illa Imperio, thalamoq; receperat Hyllus.

Ion, *Ἴων*, Orchomenis filius ex Chio insula, Poëta tragicus & Lyricus, & Philosophus: cujus scripta commemorantur à Suida. q. fuit & alter Ion, Xuthi filius, à quo Pelasgi Aegialces, qui Achiam Peloponnesi regionem incolabant, Iones primum appellati sunt, teste Herod. lib. 7.

Ionæ, *Ἰωνία*, civitas Palæstina, quæ alia Gaza: sic dicta, quod Io illic capulenti, & manserit, Steph. qui rursus in Ionio mari ab hac urbe dicto, vaccam ejus iugine esse meminit Ione, apud eundem, Antiochia ab Archis habitata juxta Phadnen.

Ionice, *Ἰωνία*, Ger. *Ein schön Landtschaft im mitteren Asien / zwischen Caria vnd Asia gelegen / in welcher vnder andern et teten auch Ephesus gelegen ist.*] Asia minoris regio, media inter Cariam & Aetolidem, tum cæli bonitate, tum situs comodate nulli regionè posthabenda. Hujus incolæ dicti sunt Iones, *Ἴωνες*, ab Ionibus Græciæ populis oriûdi, quorum olim duodecim præcipuè fuerunt civitates decem in continentia sitæ, Miletus scilicet, Myus, Priene, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocæa, Erythra, & duæ in insulis, Chios, & Samos. Vide Herodot. lib. 1.

Ionicus, a. um. pen. cor. Quod est ex Ionis: *Ἰωνικός*.] ut Ionica lingua inter quinq; Græcorum linguas novissima. Motus Ionicus. Horat. lib. 3. Carm. Ode 5. Motus doceri gaudet Ionicos Matuta virgo, & fingitur artubus lam nunc, & inerbos amotes De teneto medicatur unguis.

Ionius, a. um. *Ἰωνίος*.] ut Fluctus Ionius. Virg. 3. Aen. Nec potis Ionios fluctus æquare sequedo. Vnde Ionicæ, Luca. lib. 3. Illyris Ionias vergens Epidaurus in undas. q. Ionium mare. *Ἰωνίον πλάγος*. Ger. *Das Meer so sich oberhalb dem Adriatischen Meer außbreitet zwischen Sicilien vnd Creta*] dicitur ea pars maris Mediterranei, quæ supra fauces Adriatici inter Siciliâ & Cretam expanditur: ut non obscure innuit Plin. lib. 4. cap. 11. quæ ait Ionium mare à Græcis in Siculum & Creticum dividi. Sûnt qui Isthmum Peloponnesiacum Ionii & Aegæi maris terminum faciunt. Ptolemæus in descriptione Macedoniæ eam quoque partem sinus Adriatici quæ Macedoniæ oram ab Occasu alluit, Ionio mari attribuit, eiusq; terminos, Dyrrachio sive Epidamno urbe, & Pylichno fluvio circumscribit. Restius Plinius, cæteriç; Acroceranion promontorio Ionium mare ab Adriatico dirimunt. Quod autem ad nominis rationem attinet, nõ satis convenit inter scriptores: Didymus enim dictum existimat ab Ionis quodam Dyrrachii filio, quem Hercules quum imprudenter occidisset, in mare projecit, ut memoriâ ejus propagaret. Solinus ab Ionis, extrema Italiæ regionula dictu mavuit. Lycophron ab errore Ius, Inachi filia: alii ab Ionum naufragio: nonnulli ab Ione quodam Adriæ patre, qui deinde mari Adriatico nomen fecit.

Iopas, *Ἰώπας*, Africae regulus, unus ex prociis Didus: cujus meminit Virg. lib. 1. Aen. - cithara citharus Iopas Personat aurata. L. 4. Iopis.